



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXVII. Markgraf Ludwig's Lehnbrief für Ernest von Grabow, vom Jahre 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**LXVI.** Markgraf Ludwig verpfändet an Nikolas Ropenack Einkünfte zu Brusenhagen und Betsen, im Jahre 1343.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. obligamur et tenemur strenuo viro nycolao Ropenacke suisque veris et legitimis heredibus in XXX marcas argenti, pro quibus sibi locauimus seu obligauimus III<sup>or</sup> frustorum precariam tam denariorum quam annone in villa brusenhain sitorum et duorum frustorum precariam modo predicto in villa vettin sitorum cum seruiis curraum nec non cum singulis suis pertinenciis, eisdem sex frustis ex iure vel ex debito pertinentibus, sex annis continue sequentibus sine inquietatione qualibet, velud nos hactenus dicta frusta possedimus, percipiendam, quousque prenotato nycolao aut suis heredibus integraliter satisfactum fuerit, sed debitam computationem nobis faciendam debitis in eisdem, si non ante predictorum annorum expirationem in predictis debitis pretactis satisfactum fuerit redditibus ex eisdem. Extunc predictorum frustorum precaria ad nos libere reuertetur. Si autem annis predictis expiratis eisdem in prenotatis debitis defecerit, hunc defectum debebimus adimplere.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg. Bl. 10<sup>b</sup>, Nr. XLIV.

**LXVII.** Markgraf Ludwig's Lehnbrief für Ernest von Grabow, vom Jahre 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Contulimus strenuo viro arnesto de grabowe, fideli nostro dilecto, suisque etc. VI frusta annuorum reddituum, sita in villa dicta choden, cum iudicio ibidem, cum eo iure, vtilitate ac honore, quibus ipsa VI frusta nobis pertinebant, possidenda et habenda pacifice seu quiete: pro qua quidem collacione ipse nobis, sicuti ceteri fideles, ad seruitium nostrum astricti, debeat et tenebitur famulari. In cuius etc. Testes Tek, magister coquine et wedel senior. Datum anno ut supra (MCCCLIV) in crastino b. vincentii.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 20<sup>a</sup>, Nr. LVIII.

**LXVIII.** Markgraf Ludwig beleihet die von Osterburg mit Hebungen in Sarnow bei Prizwalf, im Jahre 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Contulimus strenuis viris heanningo de osterburg et ottoni patruo suo ipsorumque etc. quinque talenta denariorum brandenburgensium minus quatoor solidis reddituum annuorum, sita in precaria ville, dictae sarnowe, cum seruitio curraum et pertinenciis suis vniuersis, cum omni iure, gracia, commodo, profectu et honore perpetuis temporibus possidenda. In cuius Testes buch, magister coquine, helbe, milites, wedil senior. Datum ut supra, feria V<sup>a</sup> ante purificationem.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 18<sup>b</sup>, Nr. LII.